

2953 d. m. | M. Pomponio M. f. M. n. M. pron. | M. abn.<sup>1</sup> Cor.  
Bassulo | Ilvir. qq.<sup>2</sup>

Ne more pecoris otio transfungere[r]<sup>3</sup>,  
Menandri paucas vorti scitas fabulas,  
et ipsus etiam sedulo finxi novas.  
Id quale qualest chartis ma[n]datum diu.  
Verum vexatus animi curis anxiis,  
nonnullis etiam corpo[r]is dol[or]ibus,  
utrumque ut esset taed[i]o[sum] ultra modum,  
optatam mortem sum pot[er]it[us]; ea mihi  
suo de more cuncta d[at] lev[is]amina.  
Vos in sepulchro<sup>4</sup> [h]oc [elogium in]cidite,  
quod sit documento post f[uturis]<sup>5</sup> omn]ibus  
inmodice ne quis vitae sco[p]ulis hae]reat,  
cum sit paratus portus eiac[ulant]ibus,  
qui nos excipiat ad quiet[em] perpet[ua]m.  
Set iam valet, donec vi[vere] expedit.

Cant. Long.<sup>6</sup> marit. opt. b. m. f.

*Aeclani rep. (IX 1464 recognovit Dressel). — 1) Haec maiorum enumeratio Bassulum nobilem inter suos fuisse ostendit. Vixisse Bassulum saeculo p. Chr. primo exeunte videtur effici posse ex aliis quibusdam titulis Aeclanensibus (Mo. l. c.). Avus fortasse fuit C. Eggii Ambibuli-Pomponii Longini supra N. 1054. — 2) Duo-viro quinquennali. — 3) Versus mutilos et alii tractaverunt et nuper Buecheler. — 4) Hiatum tolerari posse ait Buecheler. — 5) Sic supplevit Haupt, retinuitque Bue., quamvis O post F agnoscere sibi visi sint nonnulli. — 6) Ad eandem Contriariam Longinam spectat titulus Aeclanensis IX 1455.*

2954 Silvano caelesti | Q. Glitius Felix<sup>1</sup> | Vergilianus poeta | d. d.  
Romae (VI 658 vidit Henzen). — 1) Ab eodem ut videtur Glitio Felice positus est titulus VI 659.

2955 . . . . . | Ovidianus poeta | hic quiescit.  
Itri, qui locus est inter Formias et Fundos (X 6127 bis descripta saec. XV; initio defuisse aliquid non traditur).

2956 (principium praeler paucas litteras perit) [pro]pinquo[rum] . . . . .  
| amator et patriae; [l]a[es]it[is] ne]minem; clarissimoru[m] virorum | et equit.  
R. propinquus; [e]mi[nens] | eloquentia . . . . [i]ndustr[ia] et in dicen]do  
orn[atu] m . . . is dictam[is] | facilis extemporalis . . [dia]logorum et  
epistolarum e . . . . | edyliorum conscriptos . . . . quae ex . . (reliqua  
nimis lacera).

*Thibili in Numidia (VIII 5550 cf. eph. ep. 5, 850 viderunt Wilmanns et Schmidt). Tractavit Buecheler mus. Rhen. 45 (1890) p. 528, cuius pars est supplementorum supra propositorum.*